
Tekst 1

Aankomst in Thracië

13 Terra procul vastis colitur Mavortia campis
14 (Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo,
15 hospitium antiquum Troiae sociique penates
16 dum fortuna fuit. Feror huc et litore curvo
17 moenia prima loco fatis ingressus iniquis
18 Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.
19 Sacra Dionaee matri divisque ferebam
20 auspibus coeptorum operum, superoque nitentem
21 caelicolum regi mactabam in litore taurum.
22 Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
23 virgulta et densis hastilibus horrida myrtus.
24 Accessi viridemque ab humo convellere silvam
25 conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
26 horrendum et dictu video mirabile monstrum.
27 Nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
28 vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae
29 et terram tabo maculant. Mihi frigidus horror
30 membra quatit gelidusque coit formidine sanguis.
31 Rursus et alterius lentum convellere vimen
32 insequor et causas penitus temptare latentes;
33 ater et alterius sequitur de cortice sanguis.
34 Multa movens animo Nymphas venerabar agrestes
35 Gradivumque patrem, Geticis qui praesidet arvis,
36 rite secundarent visus omenque levarent.
37 Tertia sed postquam maiore hastilia nisu
38 adgredior genibusque adversae obluctor harenae,
39 (eloquar an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
40 auditur tumulo et vox reddita fertur ad aures:
41 'Quid miserum, Aenea, laceras? Iam parce sepulto,
42 parce pias scelerare manus. Non me tibi Troia

43 externum tulit aut cruor hic de stipite manat.
44 Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum:
45 nam Polydorus ego. Hic confixum ferrea texit
46 telorum seges et iaculis increvit acutis.'
47 Tum vero ancipiti mentem formidine pressus
48 obstipui steteruntque comae et vox faucibus haesit.
49 Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
50 infelix Priamus furtim mandarat alendum
51 Threicio regi, cum iam diffideret armis
52 Dardaniae cingique urbem obsidione videret.
53 Ille, ut opes fractae Teucrum et Fortuna recessit,
54 res Agamemnonias victriciaque arma secutus
55 fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, et auro
56 vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
57 auri sacra fames! Postquam pavor ossa reliquit,
58 delectos populi ad proceres primumque parentem
59 monstra deum refero, et quae sit sententia posco.
60 Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
61 linqui pollutum hospitium et dare classibus Austros.
62 Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens
63 aggeritur tumulo tellus; stant Manibus arae
64 caeruleis maestae vittis atraque cupresso,
65 et circum Iliades crinem de more solutae;
66 inferimus tepido spumantia cymbia lacte
67 sanguinis et sacri pateras, animamque sepulcro
68 condimus et magna supremum voce ciemus.

Vergilius, Aeneis 3.13-68

Tekst 2

Bestemming bereikt

107 Aeneas primique duces et pulcher Iulus
108 corpora sub ramis deponunt arboris altae,
109 instituuntque dapes et adorea liba per herbam
110 subiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
111 et Cereale solum pomis agrestibus augent.
112 Consumptis hic forte aliis, ut vertere morsus
113 exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
114 et violare manu malisque audacibus orbem
115 fatalis crusti patulis nec parcere quadris:
116 'Heus, etiam mensas consumimus?' inquit Iulus,
117 nec plura, adludens. Ea vox audita laborum
118 prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
119 eripuit pater ac stupefactus numine pressit.
120 Continuo 'Salve fatis mihi debita tellus
121 vosque' ait 'o fidi Troiae salvete penates:
122 hic domus, haec patria est. Genitor mihi talia namque
123 (nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
124 "Cum te, nate, fames ignota ad litora vectum
125 accisis coget dapibus consumere mensas,
126 tum sperare domos defessus, ibique memento
127 prima locare manu molirique aggere tecta."
128 Haec erat illa fames, haec nos suprema manebat
129 exitiis positura modum.
130 Quare agite et primo laeti cum lumine solis
131 quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
132 vestigemus et a portu diversa petamus.
133 Nunc pateras libate Iovi precibusque vocate
134 Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.'
135 Sic deinde effatus frondenti tempora ramo
136 implicat et geniumque loci primamque deorum

137 Tellurem Nymphasque et adhuc ignota precatur
138 flumina, tum Noctem Noctisque orientia signa
139 Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine matrem
140 invocat, et duplices caeloque Ereboque parentes.
141 Hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto
142 intonuit, radiisque ardentem lucis et auro
143 ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
144 Diditur hic subito Troiana per agmina rumor
145 advenisse diem quo debita moenia condant.
146 Certatim instaurant epulas atque omine magno
147 crateras laeti statuunt et vina coronant.

Vergilius, Aeneis 7.107-147

Tekst 3

Na zijn aankomst in Italië daalt Aeneas in de onderwereld af om daar van zijn overleden vader uitleg over de toekomst te krijgen. Bij de oever van de onderwereldrivier de Styx ontmoet Aeneas de schim van zijn overleden stuurman Palinurus. Omdat zijn dode lichaam niet begraven is, mag hij de Styx niet over.

In onderstaande tekst vertelt de schim van Palinurus aan Aeneas wat hem is overkomen nadat hij overboord was geslagen, en vraagt hij hem om hulp.

355 Tres Notus hibernas immensa per aequora noctes
 356 vexit me violentus aqua. Vix lumine quarto
 357 prospexi Italiam summa sublimis ab unda.
 358 Paulatim adnabam terrae. Iam tuta tenebam,
 359 ni gens crudelis, madida cum veste gravatum
 360 prensantemque uncis manibus capita aspera montis,
 361 ferro invasisset praedamque ignara putasset.
 362 Nunc me fluctus habet versantque in litore venti.
 363 Quod te per caeli iucundum lumen et auras,
 364 per genitorem oro, per spes surgentis Iuli:
 365 eripe me his, invicte, malis. Aut tu mihi terram
 366 inice - namque potes - portusque require Velinos;
 367 aut tu, si qua via est, si quam tibi diva creatrix
 368 ostendit (neque enim, credo, sine numine divum
 369 flumina tanta paras Stygiamque innare paludem),
 370 da dextram misero et tecum me tolle per undas,
 371 sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.

Vergilius, Aeneis 6.355-371

Aantekeningen

regel 355

Notus zuidenwind

regel 356

aqua door stortbuien

lumen dag

regel 358

adnabam = annabam

terrae De dativus geeft richting aan

tuta tenebam ik zou veilig geweest zijn

<i>regel 359</i>	ni = nisi Verbind met invasisset en putasset (<i>regel 361</i>)
<i>regel 359-360</i>	cum + ablativus door gravatum en prensantem Deze <i>accusativi</i> sluiten aan bij het aan te vullen me in <i>regel 361</i>
<i>regel 360</i>	caput montis rotspunt
<i>regel 361</i>	invasisset Vul aan: me ignara Verbind met gens (<i>regel 359</i>) in zijn onwetendheid
<i>regel 362</i>	putasset = putavisset Vul aan: me me mijn lijk versant Vul aan: me (mijn lijk)
<i>regel 363</i>	Quod Daarom
<i>regel 364</i>	per + accusativus bij per (2 x) + accusativus bij
<i>regel 366</i>	surgo opgroeien namque = nam Velinus (<i>bijv. nw.</i>) van Velia (<i>vlak bij deze stad bevond zich het lijk van Palinurus</i>)
<i>regel 367</i>	qua via een manier quam Lees: quam viam een manier
<i>regel 368-369</i>	neque t/m paludem want volgens mij ben jij niet van plan om zonder de wil van de goden zulke grote rivieren en de Styx over te steken
<i>regel 370</i>	misero Vul aan: mihi
<i>regel 371</i>	tecum = cum te sedibus ut Lees: ut sedibus